



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Excusatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

LXVII. Pij V. Contra omnes principes & dominos totius orbis (nullo excepto) non parentes S. Inquisitioni generali Roma.

De absoluteione ab excommunicatione, vide tit. Absolutio III. & IV.

EXECUTOR.

Qui exequuntur Superiorū mandata contra ius naturale vel diuinum, peccant grauissimè. cap. 2 §. num. 9.

Neque excusat eos obedientia, quam suis regibus id præcipientibus debent. Quoniam contra ius naturale, vel diuinum, non est eis obediendum. ibidem.

De executore testamenti, vide in tit. testamentum.

EXCUSATIO.

Causa rationabilis excusat semper transgressorem legis humanae, saltè à mortali. Ea verò dicitur causa iusta, propter quam si legislator adesset, eum pro excusato haberet. Præl. 9. num. 14. in Nou. num. 16.

Causa autem, quæ bona fide putatur iusta, licet non sit omnino talis, excusat à mortali circa legem humanam; peccat tamen venialiter, qui ob talem causam transgreditur illam. Ibidem. & cap. 21. num. 20. & cap. 23. num. 43.

Quando

EXCUSAT. FALSAR. 317

Quando verò excusent à peccato, vel censuris timor iustus, ignorantia, obliuio, & obedientia: vide tit. Ignorantia. Metus. Obedientia. Obliuio.

EXHÆREDATIO: vide Hæreditas.

EXORCISMVS: vide Adiuratio, & Baptismus.

EXTREMA NECESSITAS: vide Eleemosyna.

EXTREMA VNCTIO: vide Vnctio.

FALLACIA: vide Dolus.

FALSARIVS ET

Falsitas.

Falsans scripturam in damnum alterius, vel qui sciens esse falsam, vtitur ea, tenetur restituere damnum. Et, si sint litteræ Papæ est excommunicatus, cum reseruatione.

Non tamen erit excommunicatus, saltem quoad forum conscientiæ, si demat vnam litteram, vel apicem, quæ non mutat sententiam. Neque minus, si hoc facit, vel falsat litteras Apostolicas, quæ iam non valent. cap. 17. num. 168. & Nou. nu. 169. vide etiam tit. Litteræ.

Qui verò falsat subscriptionem, vel sigillum Prælati, vel aliorum, peccat, & tenetur